

Sermo

patria: merito cogitatione et auditate in illa eterna patria pueriamur. quod facere monemur. **Esa. li. Eleuare eleuare conserge bieru/ falez.** Et notabiliter bis dicit eleuare. propter affectum et operis effectum: ut non solum per intellectum et affectum: sed etiam per operis effectum semper ibi conuersari amemus ubi manere in perpetuum nos speramus. Per operis autem effectum dixi: ut quicquid cogente necessitate de terrena viscositate facere oporteat. eadem tamen per intentionem sursum ad dominum dirigamus: ita ut nunquam propter se sed propter deum eadem faciamus. Et hoc est quod ait **Apostolus Col. iij. Que sursum sunt querite scilicet per operis effectum. que sursum sunt sapite per deuotionis affectum.** Hinc **Bern. Serius animus semper pro oculis habeat. non id quod agit: sed quod agendo intendit. et subiungit. A deo et ad deum conuersus est animus rationalis: ut ad ipsum sit conuersio eius ut sit ipse bonum eius. et ideo quod propius potest accedere ad eum similitudine a quo sola disceditur dissimilitudine.** Hoc enim solum est id magnum bonum quod magnus animus debet desiderare. ammirari et ad illud festinare. ita ut licet in terris regat corpus sibi commissum: melior tamen parte sui hoc est memoria et intelligentia et amore ibi semper conuersari amet. vnde quicquid habet se nouerit accepisse: et ibi in perpetuum se mansurum: et cum plena dei visione plenam se similitudinem adepturum sperat. **Secundum vitam nostram supra modum nobilitans sunt virtutes. De quibus quanto plures acquirimus tanto erimus apud deum nobiliores. maxime autem virtutes theologice deinde morales multum nos nobilitant. hinc **Iero. Summa est apud deum nobilitas clarum esse virtutibus. vnde **Sapiens. Mobilis est ille quem nobilitat suauitudo. Singulariter autem pro ceteris sunt quedam virtutes et exercitia que non solum ad principatum nobilitant sed animas nostras reginas efficiunt: et tanquam sponsas copulant regi deo. quas beatus bernardus enumerat sic dicens. Da mihi animam nihil amantem nisi deum et quod propter deum amandum est. cui viuere christus non tamen sit sed diu fuerat******

cui studij et otij sit prouidere deum in conspectu suo semper: cui solite ambulare cum domino deo suo non dico magna. sed vna voluntas sit et facultas non desit. da inquam tale mihi animam et ego assigno huic vocem pariter et nomen sponse. **De sunt virtutes et exercitia que precipue nos nobilitant apud deum. Aeternum super omnem modum maxime nos nobilitans est illud cum per diuinam presentiam in dominum transformamur. Quod tunc feliciter contingit. cum deus iam dictis virtutibus illectus tuit in amplexus: non valens se ulterius continere. tunc deus tanquam fortior trahit post se animas in diuinum affectum eos penitus transformans. iuxta illud **Apostoli. i. Corin. vi. Qui adhaeret deo vnus cum eo spiritus efficitur. Item **Job. xxiij. Si direxerit homo cor suum ad deum spiritum illius et statum ad se trahet: deficiet omnis caro simul: id est carnalitas et homo in cinerem reuertetur. quod est dicere. Postquam deus est sui presentia spiritum hominis ad se trahit: omnis carnalitas deficit et homo in beatitudine affectus in nihilum rediguntur. diuinum affectum feliciter induentes. quod aperius **Bern. declarat dicens. Cum voluntas eo proficit ut fiat amor: continuo per viam amoris infundit se spiritus sanctus spiritus vite: omnia viuificans: et continuo voluntas fit amor. memoria vero efficitur sapientia: cum suauiter sapiunt ei bona domini. intellectus vero cogitantis efficitur contemplatio amantiformans illud in quasdam spirituales vel diuine suauitatis experientias: et tunc de deo bene cogitatur secundum modum humanum: sicque contingit quod potentie anime rationalis quod prius dicte sunt voluntas cogitatio et memoria feliciter in deum transformare dicantur amor diuinus. contemplatio. sapientia deo sponso misericorditer hoc agere quod viuere et regnat. et.********

LI. Sermo de eodem.

Fortes terre hementem eleuati sunt. Dicit **Crisostomus. In omni laude sanctorum nihil gloriosius de sanctis dici poterit. quam ut dictum a deo suo noient. neque ei hoc nomen eis vaciter imponi posset nisi per imitationem sanctam vitam dei hominis induisset**

Expedita ergo prima parte the-
 matris dudum proposita scilicet de principu
 dignitate. Nunc restat dicendum de secun-
 da parte scilicet de eorum sublimitate. **U**t
 g^o predicator qui s^um **A**postolum sapientibus
 et insipientibus debitor esse debet. magnis spi-
 ritibus habeat aliquid proponere quod ad pre-
 sentiam eos excitet ampliore. ideo verbum pro-
 positum est inductum: in quo quatuor per ordi-
 nem proponuntur. **P**rimo enim gloriosi isti
 apostoli magnifice commendantur. secundo a d^os
 gentium sepantur. tertio a deo specificantur.
 quarto vehementer exaltantur. **P**rimo ibi
 d^os. in quo supra modum commendantur. qui
 enim non homines sed d^os vocantur. videntur
 humanum statum hominum: quantumcumque san-
 ctum sublimiter excessisse. **S**ecundo ibi. fortes
 in quo a d^os gentium discernuntur qui non
 d^os sed demonia (iuxta psal. dicentem. quom-
 niam omnes d^os gentium demonia) verius
 nuncupantur. **I**lli enim d^os non fortes sed de-
 biles sunt valde et infirmi: qui nulla fortitu-
 dine sed sola dolositate homines decipiunt
 ad peccandum. **U**nde non viribus utuntur sed
 fraudibus. hinc **B**ern. **P**otest inimicus ex-
 citare temporandis motu: sed in nobis est si-
 mul et volumus et nemo nostrum in hoc certa-
 mine deicietur inuitus. **U**nde in passioni-
 bus sanctorum sepe legitur quod potenter pro eos de-
 mones sunt consternati et quare sepe murire
 in eorum presentia non audebant. **T**ertium ibi
 terre. in quo isti d^os se apostoli a deo vere speci-
 ficantur. **I**n eo enim quod dicitur d^os terre a
 deo celi qui solus naturaliter est deus distin-
 guuntur. vnde **J**ohan. iij. **Q**ui de terra est
 de terra loquitur: sed qui de celo venit super
 omnes est. hinc **C**re. exponens verbum apo-
 stoli dicens. **Q**ui est super omnia deus bene-
 dictus in secula dicit. **S**ciendum quod sancti ho-
 mines d^os sunt vocati sicut dixit deus moysi
Ponam te in deum pharaoni. **S**ed aliud est
 nuncupative et aliud dici naturaliter deum.
Qui ergo dicit deus nuncupative deus di-
 citur supra omnia. qui vero in ira virginis ve-
 rum deus est incarnatus supra omnes est. **U**nde
 vult dicere quod apostolus dicendo qui est super
 omnia deus benedictus. super omnia dixit ad dif-
 ferentiam sanctorum deorum qui non sunt super omnia

sed inter omnia participative d^os nuncupantur.
Quartum ibi. vehementer elevati sunt. qui
 per passionem suam hodie transeunt in celum:
 tanto sunt in celo gloriosiores: quanto in ter-
 ris fuerunt pre ceteris sanctiores. **H**ec brevi-
 ter de istis gloriosis d^os dicta sufficiant. nam
 miracula et miracula que deus in eis et cum eis
 mundo exhibuit sufficienter probant quod ex me-
 rito sanctitatis eorum sacra scriptura iusteno-
 minat eos deos. sic enim ex persona dei de eis
 dicitur in psal. **E**go dixi d^os estis. vnde cum na-
 turalis deus se d^os se dixisse deus: iudei vole-
 bant eum tanquam de blasphemiam lapidasse. qui-
 bus ipse dixit **J**ob. x. **N**onne in lege scriptum
 est. **E**go dixi d^os estis: **S**i illos dixit deos
 ad quos primo dei factus est: et non potest sol-
 vi scriptura que pater sanctificavit et misit
 in mundum: et vos dicitis: quod blasphemias: quod
 dixi filius dei sum. **U**nde **J**ero. sup illo ver-
 bo mathei. xvi. **Q**ue dicunt homines esse fili-
 um hominis: dicit. **C**um interrogasset iesus
 discipulos quid homines humana solum sen-
 tientes de se sentiret: et responderent. **A**lij ie-
 remiam etc. **R**espondit iesus. vos autem qui
 non estis homines tales de quibus dicit ap^os
Cum sit inter vos zelus et preteritio. nonne ho-
 mines estis. nonne carnales estis: sed que estis
 d^os qui de divinitate mea intelligitis. quem
 me esse dicitis. **N**unc videamus quibus ex-
 ercitijs saltem fimbriam sublimium istorum
 deorum tenuiter contingamus. ut ex hoc de
 huius nomine sanctitate aliquid sequamur.
Propter quod sciendum quod duo de hac ma-
 teria sunt dicenda. **P**rimo de huius nomi-
 nis vite causalitate. secundo de modo pueni-
 di qualitate. hoc enim sancti pro maxime ve-
 neratione accipiunt ut eos imitemur. **T**er-
 tium ergo videndum est de huius nomi-
 nis vite causalitate: id est propter quam
 causam possumus d^os nuncupari. **E**st autem
 hec causa et non alia scilicet unio nostri ad de-
 um. **C**um anima nostra deo non solum con-
 iuncta: sed quod maius est unita fuerit. tunc
 fortis vincit minus fortem: id est deus ani-
 mam: et trahit eam in sue vite et nominis san-
 ctitatem. **U**nde sicut ipse deus est natura-
 liter. sic talis homo unitus sibi nuncupative: sic
 etiam dicitur deus. **A**cer enim inter deum et animam

hic que d^os possumus
 nuncupari

Sermo

maxima sit distantia: cum fm Bern. deus non possit esse dignior: et anima peccatrix nō possit esse indignior. hec tñ vnio est ei possibilis: que possibilitas si in actum transeat: nullum ex hoc sequitur impossibile. Ad hoc enim anima creata est vt exiens a deo per gratiam creationis ad deū redeat per gratiam vnionis qđ figura. natura et scriptura poterit edoceri. figura p columbam noe quam sic ait Gen. viij. dicit. Hec emisit non vt rediret sed vt videret si cessassent aque diluuij super faciē terre. que cuz non inuenisset vbi requiesceret pes eius reuersa est ad eū in arcam. Sic omnes anie christianoz que per gratiam creationis a deo mittuntur in hunc mundū. ad hoc vnio mittuntur vt in arca celestis regni ad eum redeant qui misit illas. sed heu multe tanq̄ coruus cadaueri mundane dilectionis insident. Scđo ostenditur per naturā: qđ Bern. sic declarat di. Rectus et magnus dñs rectum et magnū fecit hominem: vt per rectitudinem deū appeteret oēs affectiones ad ipm erigendo: et p magnitudinē appeteret capere eum: quem celi et terra capere non poterant ambigendo. Vñ qđ deus rectus est: de quo dicit in spal. Rectus dominus et non est iniquitas in eo: et similiter quia magnus est. de quo iterum in ps. Magnus dñs et laudabilis nimis. ideo oportet animā que ad imaginē eius creata est rectā et magnam esse. sed rectitudinē in lapsu primoz parentū perdidimus: magnitudinē anime retinemus: quā rectitudinem postq̄ per bona exercitia reparauimus: ex hoc deo similes facti dñj vocamur. Tertio hoc idem probatur lucide per scripturaz: videlicet quod ad hoc vt ad deū redeant sunt create. Juxta illud Job. xij. Sciens quia a deo exiit et ad deū vadit: dicit enim Bern. A deo et ad deum conditus est animus rationalis: vt ad ipm sit conuersio eius vt sit ipse bonum eius. Dic autē ab illo bonus ad imaginē quippe et similitudinem eius conditus est: vt qđ diu hic viuatur qđ pius potest accedat ad deū similitudine: a quo sola disceditur dissimilitudine. vnde sic sanctus sicut ille sanctus est in futuro beatus sicut ille beatus est. deniq̄ hoc solū magnum bonum magnus et

bonus animus suscipit: et miratur et affectat quod sup illū est: et adherere festinat ei similitudine sua deuota imago. Ipse em animus rationalis ad imaginē dei est: et p hoc intelligit se posse et debere adherere ei cuius imago ē. Ideo et si in terris regit corpus sibi commissū meliori tamē parte sui: hoc est memoria. intelligentia et amore ibi sp̄ conuersari amat. Unde quicquid amat se nouit accepisse: et vbi in perpetuum se mansurū: et cum plena dei visione plenā similitudinē adepturū nouit. Illuc ergo spectet. vnde pendet plus cū hominibz commozans vt viuificat eos vita dei ad q̄renda et capiēda diuina: qđ vt amet vita ista mortali et hūana. Sicut enim corpus naturali statu suo erigit in celū: eo qđ natura et dignitate omnia corpa supereminet. sic spūalis natura ad ea que in spūalibz hoc est ad deū et diuina eriget semper amat semetipam nō superbe sapiendo sed pie amando. Hec ergo beata vnio causa est p quā homines a statu humanitatis. i. carnalitatis transeunt in diuinū. **R** Scđo dicēdū est de modi perueniendi qualitate: hoc est qualiter ad hunc statū diuinū veniamus. et sūt tria per que hanc gratiā psequemur scz per assimilationē. dilectionē et perfectionē. In his enim tribus perficitur vita hominis et a statu nostro recedentes: id est a vita hūana in diuinū statum feliciter commutatur vt dñj nominemur et simus. Cupientes ergo hanc beatam denominationē vt dñj nomine mur consequi: primo assimilēmur deo. sūt autē tria in quibz sibi homines mutuo assilantur: scz in faciei dispositione. in simili operatione et in morū exhibitione: vt quicūq̄ homines aliquid istorū sibi habeat dicantur sibi similes: et sic sibi mutuo assilantur. Primo ergo aliqui sunt similes ad inuicem faciei dispositione. p quem modū cōmuniter dicimus. qđ similes isti sibi sunt in facie. p hanc faciem voluntatē accipimus. nec incouenienter. sicut em homo exterior per faciez cognoscitur: sic interior p voluntatē. Hinc Gre. Sicut per exteriorē faciez hominibz sic p interiorē voluntatē deo non sumus. **H**ec ergo voluntas nostra que de se in natura nec bona nec mala dicit. tanto erit melior

quanto diuine voluntati conformior. q̄ cuz
 per p̄formitatem ceperit esse bona habemus
 in ea omne q̄d ad salutē nos poterit promo-
 uere. sic enī dicit **Bern.** Bona voluntas est
 origo omniū bonorū ⁊ omniū mater virtu-
 tum: quā qui habet secū: habet quicquid ei
 ad bene viuendum opus est. q̄z ut ait **Gre.**
Ante dei oculos nuncq̄ est vacua manus a-
 munere: si arca cordis repleta fuerit bonoꝝ
 luntate opatur enim bona si est: si vero ope-
 rari rennuit volūtas non est. Bona ergo est
 nostra voluntas cū ex consilio ⁊ p̄posito ad
 dñm se conuertit. Melior est autē cum con-
 silium ⁊ p̄positum conuertit in opus: ut nō
 solum iam velit sed volūtas per opera iā p̄-
 barit. Optima aut tunc est voluntas cum
 opere ⁊ veritate affectu ⁊ effectu diuine vo-
 luntati in omnib⁹ ⁊ per omnia se cōformat.
 hinc **Bern.** Scio omnē creaturā ab homine
 velit nolit subiectā esse oportere creatori sed
 a creatura rationali voluntas erigitur: que
 tunc perfecta iudicabit: cū omne q̄d pro cer-
 to scimus deū velle: id nos omnino velim⁹
 ⁊ q̄d certum est deū nolle: id nos per omnia
 euectemur. Qd̄ autē incertū est vtrum velit
 aut nolit: nec nos velimus ex toto nec peni-
 tus non velimus: talis voluntas nō requie-
 scit: donec perducatur hominē ad perfectū: q̄z
 cum poterit opatur: cū vero nō poterit sperā-
 dum est ut eius desiderū stet p̄ facto. fm̄ il-
 lud apli. ij. **Corin.** Si voluntas prompta ē
 fm̄ id q̄d habet accepta est deo. Scdo hoīes
 sibi mutuo assimilant in simili operatione.
 sic si deo assimilari cupimus operemur sicut
 ip̄e tam in opere q̄z in affectu. In opere que
 ip̄e operatus est hoc est p̄pter nos: ⁊ nos ope-
 remur p̄pter eum. Ad q̄d hortatur nos **Iu-
 dith** Quod me videtis facere omnes facite
 Item ex eo. Inspice ⁊ fac fm̄ exemplar q̄d
 tibi monstratū est in monte. Ideo enim ho-
 mo factus est ut in seip̄o viuendi regulā no-
 bis daret. Sic enī dicit **Gre.** Incarnatus
 dñs in semetip̄o omne q̄d prius precepit ⁊
 inspiciat ostendit: ut q̄d precepto monuit
 exemplo suaderet. hinc **Bern.** Proderit mi-
 hi domini passio si mea seq̄tur imitatio. alio-
 quin requirit a me sanguis ille qui effusus
 est super terram. Nec immunis ero ab illo

tam singulari scelere iudeorū. quod videlicet
 tante caritati ingrat⁹ fuerim. q̄ spiritui gra-
 tie contumeliam fecerim: q̄ conculcauerim
 filiū dei. Ex quo patet q̄ nec passio p̄derit
 sine imitatione: nec imitatio sufficit sine pas-
 sione: multi enī antiquorū patrū secuti sunt
 dñm quorū vn⁹ sc̄z **Job** dixit. Vestigia eius
 secutus est pes meus ⁊ c̄ non tamen an̄ pas-
 sionem introire poterat in regnū dei. Terti-
 um quo homines sibi assimilant cōsistit in
 morum exhibitione: ut qui similes sunt in
 moribus ip̄i sibi mutuo assimilantur p̄ hōs
 mores virtutes accipim⁹ per quas deo tan-
 to amplius assimilabimur: quanto plures
 inserimus vite nostre. vnde de hac assimila-
 tione virtutum ex persona dei informat nos
Bern. dicens. In vita mea cognoscere po-
 teris vitā tuā: ut sicut ego paupertatis obe-
 dientie. humilitatis patientie ⁊ caritatis in-
 declinabiles semitas tenui. sic ⁊ tu eis deꝝ ve-
 stigijs incedas: non declinans ad dextram
 nec ad sinistram. inter has virtutes tamen
 maxime caritas nos assimilat deo. De his
 tribus similitudinib⁹ dicit **Aug⁹.** Appareat
 similitudo in moribus p̄ natura. in operib⁹
 pro iusticia. in virtutib⁹ pro gratia: ut mori-
 bus pro natura p̄ponetur. iusticia operibus
 proberetur. gratia virtutib⁹ compleatur: ⁊ sic
 semper domino presenteretur. hinc **raguel** de
 thobia. Q̄ similis est iuuenis iste p̄sobrinō
 meo. Quanto ergo in hac assimilatione am-
 plius proficimus ex continuis exercitijs p̄-
 moti: tanto vicinius ad deum accedimus: ⁊
 tanto verius dñi vocamur quousq̄ tandem
 iterū beatius vnimur deo. **U** Scdm̄
 ergo quod ad huius denominationis grati-
 am nos promouet est ⁊ dicit dilectio p̄ quā
 vniti deo induimus nomen eius. Hec autē
 vnio licet ex omnib⁹ exercitijs prius dictis
 promoueat. maxime tamen perficitur ex
 amore. quod taliter est videndum. Omne
 imperfectum contendit ⁊ festinat ut suo per-
 fectibili se coniūgat ⁊ in eo perficiatur: sicut
 ignis qui cum super terram imperfectū esse
 habeat tendit sursum ad celum empireum
 ⁊ omnis aqua festinat ad mare: ut cum in
 se sint imperfectibilia in suo toto esse perfe-
 ctius cōsequantur. **Bern.** Certū est ad suaz
 C.

Sermo

originez vniuersa q̄ntum in se esse tendere et
in eam semper esse p̄ter delectiua. Sic est
per omnia de amore: qui cū in cordibus no-
stris imperfectum esse habeat: et in corde dei p̄
omnia sit perfectus. restant **Esa.** qui dicit.
Uiuu dominus cuius igniculus est in syon
id est in anima fidei et caminus in hierusa-
lem. hinc est q̄ contendit continue ad deum
vt amor eius totaliter immergat: et p̄ con-
sequens perfectū esse consequatur. omnes af-
fectiones anime violentissime post se trahens
Am vbi amor ibi oculus. vbi amor ibi cor
et omnes vires anime amorē suū sequuntur.
hinc **di** dicit q̄ violentia amoris aman-
tem transponit in amatum: q̄ vbi amor ibi
omnis tenor interioris hominis se recipit col-
ligit et se transfert: et sic deo feliciter vnimur
Ex quo fit vt omnia nostra dei sint: et q̄ sunt
dei nostra. sicq̄ fit vt sancti hoīes deo vniri
ex bonis eius dicuntur et opera eorū: ex eo q̄
dei nobiscum sunt per omnia nobilitentur.
vt dicat nobis deus illud **Luce. xv.** Omnia
mea tua sunt. de hac mira dei gratia dicitur
Joban. xvij. Pater sanctificauit eos in veri-
tate. vt sicut tu p̄ in me et ego in te. ita sint et
ip̄i vn̄ in nobis. hinc **i. Corin. vij.** Qui ad-
heret deo vnus spiritus est cū eo. Tertū per
quod venit ad hanc beatam denominationem
vt dī nominemur: consistit in vite p̄-
fectione: non illa que est in conatu perficien-
di. de qua in priorī sermone dictū est: sed il-
la que est terminus pueniendi: quaz prius
obmissam in isto sermone promissimus ex-
ponenda: que licet a deo sit sublimis vt vix
a quodam apprehendi valeat in hac vita:
quam ille non mediocri in dīo paulus vi-
delicet non arbitratus est se apprehendisse:
que vnioni iam dicte aliquid diuinius sup-
addit. Tamen quia lex diuina impossibile
nec precepit nec consulit. suadet autē p̄fecti-
onem **Mathei. v.** dicens. Estote perfecti si-
cut pater vester perfectus est. nullus indigne-
tur. nullus contemnat si de hac materia nō
de nostro: quia nihil sumus: sed de scriptu-
ra sacra aliquid in mediū proferamus.
¶ Propter qd̄ sciendū q̄ thomas in se-
cunda sc̄de circa finem hanc tractans ma-
gisteriam dicit. **¶** Vnūq̄q̄ tunc perfectū di-

citur inq̄ntum attingit p̄prium finē. qui est
ultima rei p̄fectio. Caritas autē est que vn̄
nos deo qui est vltimus finis humane men-
tis: q̄ qui manet in caritate in deo manet et
et subiungit. p̄fectio christiane vite consistit
in caritate. Importat autē p̄fectio quandā
vniuersalitatē. quia vt tertio p̄fiscor di-
citur. Perfectū est cui nihil deest. Est itaq̄
vt idem ibidem dicit triplex p̄fectio. vna ab-
soluta que attenditur fm̄ totalitatem dilige-
ntis et diligibilis: prout deus tantū diligitur
q̄ntum diligibilis est: et hęc p̄fectio nō est
possibilis alicui creature pure. Hinc **Bern.**
Diligam te domine pro modulo meo. q̄ et
si q̄ntum debeo non possum. non possum ta-
men vltra q̄ possum. Sed hęc p̄fectio com-
petit soli deo qui se totū totus diligit in quo
bonum integraliter et essentialiter inuenitur
¶ Sc̄da p̄fectio attenditur fm̄ totalitatem et
parte solius diligentis prout affectus dili-
gentis fm̄ totum posse suū semp̄ actualiter
tendit in ip̄m deum: et talis p̄fectio non est
possibilis in via sed habetur in patria. Ter-
tia p̄fectio ē que nec attendit fm̄ totalitatem
diligentis nec fm̄ totalitatem diligibi-
lis q̄ntum ad hoc vt semper actu feratur in
deum. sed q̄ntum ad hoc q̄ excludantur ea
que repugnat motui dilectionis in deum si-
cut **Aug.** dicit in libro lxxij. q̄stionū. **¶**
venenum caritatis est cupiditas. Et talis p̄-
fectio potest haberi in via et vita ista. Et hoc
dupliciter. vno modo inq̄ntū ab affectu ho-
minis excluditur omne illud quod contrari-
atur caritati sicut est mortale peccatū. In
tali p̄fectione caritas esse non potest. vñ ta-
lis p̄fectio ē de necessitate salutis. Alio mō-
potest haberi p̄fectio inq̄ntum ab affectu
hominis excluditur: non solum id qd̄ est ca-
ritati contrarium: sed etiam omne id p̄ qd̄
impeditur ne affectus mentis totaliter diri-
gatur in deum (vsq̄ buc thomas) et hęc vlti-
ma p̄fectio diuinū nomen et esse homini-
bus sanctis promeretur. Quod feliciter tūc
contingit quando sopitis cunctis sensibus
carnis in diuinū affectum homo abducitur
in quo nil sentitur penitus nisi deus. in tan-
tum vt omnes affectiones interiores et po-
tentie anime rationalis sibi in deo absorbe-

antur ut in omnibus nihil spiret. nihil pul-
 ser. nihil uiuat in homine nisi esse diuinum
 In hac beata vita stetit vnus eorum paulus
 scilicet cu dixit. **Quo** autem non ego. uiuit
 uero in me. **Et** iterum quibusdam dixit.
Quo ui estis et uita uestra abscondita est cu
 christo in deo. hinc **Bern.** **Quo** uiatur anima
 mea morte iustorum ut presentium memoria
 excedens uerū se inferiorū corporearūq. nō
 modo cupiditatibus: sed et similitudinibus
 eruat. In hunc excessum petrus uenerat cu
 domino transfigurato in mōte diceret. **Do**
 num est nos hic esse: nesciens quid diceret.
Et quia in tali excessu nihil est in homine qd
 non sit diuinum: ideo in hoc excessu. sicut ho-
 mo esse diuinum induit. sic et nomen uter-
 tunc et in reliquum possit ueraciter dici deus
Pec obstat si gratia recesserit: que ppter sui
 sublimitatem nō potest nec debet longo tem-
 pore perdurare. quia qd diu dū huius gratie
 sic mortale homo non induerit. hoc nomē
 permanet ei semp. **U**idemus enim qd nomē
 homini breuiter imponit. quod tamē in eo
 qd diu uixerit perseverat et momentanea em-
 pno dat ius perpetuum possidendi. et subi-
 ta vulneratio dat homini qd diu uixerit cica-
 tricem. **H**anc gratiā aperte declarat **Bern.**
 dicens. **C**aro et sanguis uas luteum quan-
 do huiusmodi experitur affectus: ut diuino
 ebriatus amore: animus oblitus sui: totus
 pergit in deū et adherens deo vnus cum deo
 spiritus fiat. **S**eatum dixerim et sanctū. cui
 tale aliquid in hac uita mortali raro inter-
 dum aut semel: et hoc ipm rapim aut vni-
 uis momenti spacio experiri donatum est. et
 subiungit. **T**e em quodamō nō perdere tan-
 qd non sis et omnino nō sentire temetipsum
 et a te ipso exinaniri: celestis est puerfationis
 non humane affectionis. **E**t hec de huius gra-
 tie declaratione sufficiant. **Q** autē eadem
 gratia diuinū nomen imponat dñs albertus
 sic declarat. **S**icut pater homo generat ho-
 minem: et ex ipa sua generatione dat ei hoc
 nomen qd homo uocatur i ueritate sicut ipse
 homo. ita deus pater generat deum. et hac ipa
 sua generatione dat nato qd deus uocatur:
 sicut ipse est deus. et huius generationis se-
 men est uerbum in intellectu et gratia in affe-

ctu. **U**ere enim deus est qui participat uere de-
 nuncupatur. **A**d hanc perfectionē hortatur
 nos deus conari deuter. vi. et math. cu dixit.
Diligas dominum deum ex toto corde
 tuo et ex tota anima etc. **D**e quo **Aug.** **H**ec
 totalitas scilicet toto corde: tota anima. tota
 uirtute hoc intendit. qd omnes motus anie
 ad deum referantur. et sic nō impletur in ui-
 ta nisi forte ad tempus breue a perfectissimis
 uiris. ad quam saltem conari debet nobis de-
 us omnipotens qui uiuit et regnat etc.

LII. De eodem
Hecit rex salomō

duos cherub. **ij.** **Re. vi.** et paralip.
ij. **A** **D**icit **Greg.** **Q**uia per oculiā
 gratiam ad amorem dei temperatam desu-
 per mensura electi proficiunt: quanto in eis
 quondie de dei spiritu uirtus crescit. tunc em
 in deo plene proficiunt cum a se ipis fundi-
 tus deficiunt. **I**n uerbis ergo ppositis glo-
 riosi isti principes non a statu inchoationis
 sed a profectu perfectionis nobis pponuntur
Ut considerantes ad quantā sublimitatem
 sint promoti: dei misericordiam amiremur
 et excitati eorum uitam qntum possibile fuerit
 imitemur. **C**herub enim plenitudo scientie
 uel plena scientia interpretat. p quod nomē
 principes isti merito describuntur. quia ple-
 ni sancta scientia extiterunt **U**t sicut cherub
 pre ceteris angelis inferioribus. sic isti prin-
 cipes pre ceteris: non dico hominibus sed et
 sanctis pleni scientia referuntur. **M**ax petrus
 de sua scientia comendatur a domino. cum
 discipuli requisiti quem dicerent homines
 filium hominis. **P**etrus pre omnibus re-
 spondit dicens. **T**u es christus fili dei uiui.
Respondit dñs. **S**eatul es symon bariona
 quia caror sanguis nō reuelauit tibi: sed pa-
 ter meus qui est in celis. **P**aulus autē suā
 scientiam commendans ait. **S**apientia lo-
 quimur inter perfectos. **P**lenā autē et p-
 sectam tunc dicimus scientiam cum sciuntur
 res quelibet cum sapore. hoc est cum res sci-
 untur non solum sicut sunt. sed etiam sapi-
 unt et afficiunt iam scientem. **H**ec est enim
 differentia inter secularem scientiam et spi-
 ritualem. quia seculatis scientia solus facit
 .C.2.

Cherub

*Stu et Paulus
 suas et pualis*